2.15

3121

Test e. Düsseld. Fragm. s.n.

R (ags Schrift s. VIII–IX od. IX in.)

= Beda, H.E. V, 13

et magnis enormis et ponderis pene inportabilis, iussit unum ex satellitibus suis mihi ad legendum deferre; quem cum legissem inveni scripta omnia scelera. non solum quae (> ę) opere vel verba, sed etiam quae (> ę) tenuissima cogitatione peccavi manifestissime in eo tetricis esse descripta litteris, Dicebatque ad illos qui mihi adsederant viros albatos et praeclaros Quid hic sedetis scientes certissime quia noster est iste, Responderunt verum dicitis accipite et in cumulum damnationis vestrae ducite, Quo dicto statim dissipaverunt, ~~~~ surrigentesque (< -gent...) duo nequissimi spiritus habentes vomeres in manibus ~~percusserunt~~ me unus in capite et alius in pede; ||

v.

aliqua fecit, Quae tunc universa prave agendo iuvenis obnubilavit, qui si econtrario errores pueritiae corrigere in adolescentia ac bene faciendo a dei oculis abscondere curpasset posset eorum numero sociari; de quibus ait psalmus. Beati quorum ~~~~